



IN LIBRUM EXODI
PRÆFATIO.

Evoluto (Anno superiore) Li-
bro *Genesis*, ad secundum
nunc Librum *Pentateu-
chi* devolvimur, qui, quia *Moyſis*
ac *Hebræorum* ex *Ægypto*
egreſſum, profectiōemque ad
terram *Chanaan*, terram, inquam
promiſſam, enarrat, à Græcis pri-
mum, deinde & à Latinis *Exo-
dus*, h. e. *Egreſſus* appellatus eſt.
Hebræi (quibus ferè in more po-
ſitum, ut librum quemcunque à
verbis, quibus inchoatur, nun-
cupent) librum hunc *Veelle Sce-
moth* nominant, id eſt: *Et iſta*
sunt nomina: his enim à verbis

A

libri